

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Schönermarck

**Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schonermarck I. D. & P. P. Ad  
Legum Academicarum recitationem publicam Cives Academiae omnium ordinum  
officiose & amanter invitat Cras hora nona**

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734373422>

Druck    Freier  Zugang



F. Schonemann.  
R. u. 2 Progr. 1619/c



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOACHIMUS SCHONERMARCK  
J. D. & P. P.

AD LEGUM  
ACADEMICARUM  
recitationem publicam

Gives Academæ omnium ordinum officiose &  
amanter invitat

Cras hora nona.



ROSTOCHI  
Typis exscipit JOACHIMUS PEDANUS,  
Academæ Typographus,

ANNO M. DC. XIX.

1619.

Rect. Prog.





# RECTOR Academiæ Rostochiensis **JOACHIMUS** SCHONER MARCK

Juris Doct. & Professor P.

**D**ervetus est quæstio, num Magistratus omnia judicare debeat juxta leges, an verò in distrahendis controversijs aut puniendis maleficijs ex suo sensu, quod æquum & bonum sit, statuere possit. Et quidem olim Judices, antequam in forum judicandi gratia venirent, jurare coactos fuisse, se ex lege judicaturos, ostendit Tullius alicubi

A 3

alicubi his verbis: Judices, qui ex lege  
jurati judicatis, legibus obtemperare de-  
betis. Nec dubium est, si omnia legi-  
bus essent definita, & Magistratus in ju-  
dicando legibus obtemperarent, nullum  
unquam pravum judicium futurum.  
Rursus, cum in Græcia jurarent judices,  
se *aeisyn πάντα* seu optima mente judicatu-  
ros; dicendum videbatur, concessam  
fuisse his potestatem de rebus id statue-  
re, quod ipsi optimum existimarent.  
Ac certè cùm leges sint generales, ac cer-  
to quodam numero comprehensæ; actio-  
nes autem singulares, & propè infinitæ:  
fieri non potest, ut omnia legibus cave-  
antur. itaq; plurima etiam arbitrio ju-  
dicum statuenda relinquuntur. Verum,  
quanto tamen plura legibus definiuntur,  
tanto Republicas securius administrari,  
Politiorum Coryphæus Aristoteles cen-  
suit. In hanc rem procul dubio aspici-  
entes Majores nostri, omnia quæ ad gu-  
bernationem Academicam pertinere vi-  
deban-

debantur, quæcunq; potuerunt, legibus  
definierunt. Ut autem leges sunt quasi  
muti Magistratus, sic Magistratus sunt le-  
ges loquentes. Tum autem loquuntur  
leges, cum Magistratus in custodiendis  
& exequendis ijs, quæ leges jubent, ve-  
tantq; suum facit officium. Nec tamen  
hoc est custodire leges, si eas in tabulis,  
tanquam gladium in vagina, recondi-  
tas habeat; sed si sæpius subditis suis in-  
culcat, hosq; ad parendum, cum nihil  
difficilius hoc ipso sit, invitet, ac cohor-  
tetur: id quod singulis semestribus ut publi-  
cè fiat, usu apud nos receptum est. Quem  
laudatissimum morem ut sequamur; de-  
crevimus cras hora nona. L E G E S Aca-  
demicæ nostræ de officijs pietatis, justi-  
tiae, modestiæ, obedientiæ, & alijs hone-  
statis partibus, de nervis gubernationis,  
quæ sunt DISCIPLINA & A R R E-  
S T U M, partim à D E O ipso expressa  
voce promulgatas, partim in hac Scho-  
la, prudenti antecessorum nostrorum.

A 3

con-

consilio & autoritate sanctitas, publicè recitare. Quas, et si omnium temporum Alastores & Diaboli mancipia perrumpere & petulantia sua tantum non jugulare satagunt: Nos tamen certisimus, Deum contra furores audaciæ & improbitatis tam diu sartas tectasq; conservaturum, quamdiu nobis animus fuerit, qui serio cupiat, Cives nostros juxta has leges & studia sua instituere & mores gubernare. Vult enim Deus Academias esse doctrinæ & disciplinæ templum, non licentia plus quam barbaricæ fanum; Pietas, sobrietatis, temperantia, modestia & omnium virtutum domicilium & palæstram, non execrandæ impietatis, ebrietatis, libidinis, commessationum, scortationum, petulantia, improbitatis, cæterorumque teteriorum vitiorum, propter quæ etiam gentes in extremo iudicio nostros condemnabunt, diribitorum, aut gymnasium; hominum denique honestorum consociationem, non nebulo-

bulonūm sentinam & confluēt. Hoc  
D E U M velle, tām certum est apud nos,  
quām certum est, solem lucere , cum in  
altissimo cōeli fastigio est constitutus nul-  
lis nubibus tectus. Quo quoque ipso  
D E O , scholarum & disciplinæ prote-  
etore unico freti nihil moramur impro-  
bos & crabrones , aut etiam stolidos  
~~νόρες~~ , ~~εξαλιτης τοι που νόρηναι~~ , remotis R & cap-  
pa litteris , ut est in Epigrammate in Dio-  
dorum , perplexum quendam disputato-  
rem apud Laertium lib. 2. Vestri verō ,  
Cives Academicī , officij erit , recitatio-  
ni Legum frequentes C R A S interesse , &  
studia vestra & mores , propter D E I glo-  
riam , propter communem , vestramqūe  
adeō ipsorum salutem , juxta eas rectè , flu-  
diosē , laudabiliterqūe instituere & rege-  
re. In hīs enim Docentium & Discen-  
tium coetibus , qui veram de Christo  
doctrinam amplectuntur , & piē mode-  
steq; vivunt , habitare Divinitatem & effi-  
cacem esse : qui autem sequi faciunt ,  
quiq;

quiq; sunt securi, in hos spiritum illum  
immundum assumtis alijs septem se ne-  
quioribus immigrare, atque ibidem se-  
dem suam figere ; testatur ipse Filius Dei;  
quorum ut priore nihil beatius ; sic po-  
steriore nihil tristius dici cogitariq; po-  
test. P. P. sub Sigillo Acad. Kalendis  
Octobr. Anno 1619.







aperiant foricam: clamant, boant,  
unt, grunniunt, **E**t tumultuantur  
virgo honesta ferret, se in lutanari  
perniciissimo cursu fugeret? tu Spir  
mini exceptione puriorem Spiritum  
rum exstimas, homo impurissimus  
petulantissimus cum sis? O te longe  
velles ne tecum uno in lecto cubare  
mire, amplexuq; tuo hedera arctu  
Cur igitur tantas turpitudines tecu  
quibus tanquam fumio, abactus Spi  
deflexit, malus Spiritus contra intr  
seros vos, in perpetuum miserrimos  
Demus autem omnes, Deo adjuti  
lum habeamus Spiritum Sanctum  
nati ad liberationis diem, ad extr  
tum, qui Spiritus Sanctus nos doce  
credendo sine pavore clamare A B I  
novos homines efficiat. In Apocal  
obsignavit frontes conservandorium  
gillo aut cruce? non in sensu incurv  
in **F**esum **E** renovatione menti.  
Sanctum: quam fidem qui non ha  
bam vitam agit, is de fronte revel  
hic Dominus in die illo reddet pro  
merentur, ex ijs nempe judicium fa  
babuerit nec ne? Cum enim dicent i



Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.

the scale towards document

mugi  
rverd  
n non  
tumo-  
ansu-  
us **E**  
um!  
ndor-  
tanā?  
sinis.  
ns à te  
er mi-  
eritiel  
sigil-  
obfig-  
tven-  
um  
nosq;  
is Del  
ero si-  
fide  
um  
npro-  
: atq;  
ipsius  
lemmē  
lebere  
gaum;